



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Arcus. Mundi machina.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

postmodum cauda revocabantur ad capulum Caducei, ornabanturque aliis ex eadem capuli parte nascentibus,

## CONCORDIA. CAP. XXVII.

*Idem Pier.  
libr. 15. in  
Concordia.  
Hinc ca-  
duceos legas,  
se-  
cialesque,  
pari &  
concordia  
sequeres.  
M. Antonii  
Triumvi-  
vini.*

**I**dem Mercurii Caduceus angues illos circumvolutos habens, quos ipse ut Poeta narrat, pugnantes cum invenisset, diremit, ita ut ambo Caduceo ejus adhaerent, Concordia symbolum est, ut in antiquis numismatibus apparet, ac inter cetera in M. Antonii triumviri numismate quodam, in cuius una parte, mulieris laurea corona sub capitis velamine redimitur caput est, cum his literis, VIR. P. C. in altera duae manus junctae Caduceum hunc tenentes, cum hac inscriptione, M. ANTON. e. CAESAR. quod proculdubio pro Concordia, quae tunc inter Caesarem, Antonium & Lepidum erat, symbolo positum fuit; idemque Caduceus res quae eandem vim habent, similes sunt, deorum, duobus Serpentibus, ejusdem videlicet generis animalibus.

A R G U S.  
MUNDI MACHINA. CAP. XXVIII.

**A**rgus circa totum caput oculos habent, de quo sic canit Ovidius, *Metam. lib. 1.*

*Centum luminibus cinctum caput Argus habebat,  
Inq; suis vicibus capiebant bina quietem,  
Cetera servabant, atque in statione manebant.*

& Statius:

*Speclat in occiduis stellatum visibus Argum.*

*Hac à Ma-  
crob. libr.  
1. cap. 19.  
ma p. 1. d. p.  
20. l. 2. p.  
Ibid. Macro-*

hic, inquam, universae mundi machinae typus est: cuius caput caeli praese fert imaginem, oculi stellarum, quae inferiora omnia custodiant & fovēt. Voluerunt enim Theologi Symbolici mundum animal esse: idque sub Argi imagine significarunt: & terram quoque moveri dixerunt. Ait enim Mercurius Trismegistus in Pimandro, terram non solum moveri, verum etiam vario motu agitari: sed tamen ita, ut cum reliquis elementis comparata propter motus tarditatem, immota videatur: idque hujusmodi argumento probare nititur: *Non est, inquit, credendum, illam quae omnia nutrit, fovet, concipit & parit, motus expertem esse, fieri enim nequit, ut quod non movetur, quiescat & pariat.* Ut igitur stellae ac sidera hujus mundi oculi sunt, sic herbae, arbores & plantae omnes capillorum locum obtinent: metalla vero & lapides, ossium: nil mirum igitur, si sub Argi imagine mundum universum comprehendit Aegyptiorum Theologia.

E N D Y M I O N.  
PIORUM OBITUUS. CAP. XXIX.

*Mortis ge-  
nus opti-  
mum quod.*

**C**um plura sint mortis genera, illud maximè & à sapientibus Gentium, & Sacrarum literarum testimonio comprobatur, & commendatur: cum qui pie & sancte vixerunt, jamque altero illo genere mortis, de quo in Hercule Anthem interimente diximus, mortui, hoc est, pravis cupiditatibus devictis, & ad Deum anhelantes, ac cum eo conjungi (quod in hoc corporis carcere fieri non potest) cupientes, ab eo in caelum trahuntur, corpore, non secus atque altissimo somno morte consopito: quemadmodum mori cupivit Paulus, cum diceret, *Cupio dissolvi, & esse cum Christo* Hoc autem genus mortis osculum vocaverunt Symbolici Theologi: de quo videtur loquutus esse Salomon in Cantico,

*Philip. 1.*